

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Milicia k

Vegecius De Re Militari libro ii<sup>o</sup> ait:

‘Plerique rei militaris ignari pleniorē victoriā credunt, si adversarios aut locorum angustiis aut armatorum multitudine circumdederint, ne aditum non inveniānt recedendi. Sed econtra clausis ex desperatione crescit audacia. Sed cum spei nichil est, sumet arma formido. Libenter cupit commori qui sine dubio scit se moriturum. Ideoque Scipionis laudata est sententia, qui dixit viam hostibus, qua fugerint, inveniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad prebenda terga concesserunt, inulti more pecudum trucidantur. Nec insequencium ullum periculum est, cum victi quibus defendi poterant, arma in fugam converterunt.’  
Hec ille.

*Scotichronicon*, 13.24 notes (Watt ed., vol.7. pp.205-6).

Plerique rei militaris ignari pleniorē uictoriā credunt, si aduersarios aut locorum angustiis aut armatorum multitudine circumdederint ut aditum non inueniant recedendi. Sed econtra clausis ex desperatione crescit audacia et cum spei nichil est, sumet arma formido. Libenter cupit commori qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est qui dixit uiam hostibus qua fugerent inueniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad prebenda terga consenserunt, multi more pecudum trucidantur, nec insequencium ullum periculum est, conuicti quibus defendi poterant, arma conuerterunt.  
Hoc genere quanto maior fuerit,  
tanto facilius multitudo prosternitur.

Vegecius ibidem (libro II.).

*Manipulus florum*, Milicia k

Plerique rei militaris ignari pleniorē victoriā credunt si adversarios aut locorum angustiis aut armatorum multitudine circumdederint ut aditum non inveniānt abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, et cum spei nihil est sumit arma formido. Libenter cupit commori qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est, qui dixit viam hostibus qua fugerent inueniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad praebenda terga consenserint, inulti more pecudum trucidantur, nec insequentium ullum periculum est, cum victi quibus defendi potuerant arma converterint.  
Hoc genere, quanto maior fuerit,  
tanto facilius multitudo prosternitur;  
neque enim ibi requirendus est numerus ubi animus semel  
territus non tam tela hostium cupit declinare quam vultum.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei militaris*, 3.21.1-5 (M.D. Reeve ed., pp.108-9, ll.15-26, 1-4).